

## CAP. II.

*Leges eas, quas Fraternitati R. C. primus author, aliis incognitus, præscripsit, ordine narratas, non esse, nisi bonas & licitas.*

**L**egum optimarum summam necessitatem & utilitatem ut nemo sanæ mentis negare potest, ita non immerito eas laudare & præconio digno extollere debet, ne desit cunctantibus calcar aut motu rigeris & virtuti præmium: Cumque eiusmodi sint istæ sex quasi legum positiones à Venerabili Fraternitate R. C. tuo ordini per primum authorem præscriptæ, operæ precium nobis futurum videtur, si eas exquisitius consideremus, & quatenus rei veritati, naturæ, æquitati & hominum utilitati conveniant, collaudemus suoque honore dignemur.

Rationi enim consentaneum est, societatem illam, si bona sit, bonis legibus

B 2 teneri,